

fibile; tamen una pars ex quibus constat, nimirum anima, neque corpora est, neque sensibili.

Respondeo secundo sufficere quod totum sacramentum sit sensibile per se, & qualibet eius pars sit sensibilis per se, vel per aliud: quoniam autem contritus non sit sensibilis per se, sit tamen sensibilis per confessionem exteriorem, que nobis significat confitentem sua peccata, de illis aliquem dolorem concipere.

Objecies teuto pro sententia Marilli: Si satisfactio est pars integralis sacramenti penitentiae, ei correspondet partialis forma, sicut quia in sacramento Extremae Unctionis distinguuntur plures mutationes ipsius integrantes, cuilibet correspondet partialis forma: Sed consequens non videatur posse admitti, quonadquidem unica est in illo sacramento absolutionis forma: Ergo nec Antecedens.

Respondeo primo: negando segnorum Majoris, & patritatem probationis ei adjungo: licet enim in Ordine & in Extrema Unctione ex peculiari Christi institutione, contingat singulis partibus materia correspondere singulas formas partiales, non tamen hoc est necessarium in aliis sacramentis, sed unica forma in sacramento penitentiae, qui est absolutione, cadi supra omnes actus penitentiae, eorum vel phyligie, ratione fui, aut effectus, vel moraliter, actuans & determinans in reatu unius adequati signi gratia.

Respondo secundo, satisfactioni in sacramento penitentiae correspondere formam partialiem, nimirum sententiam per quam injungitur a Sacerdoti: sicut enim satisfactione injuncta virtute clavium, est de integrata materia hujus sacramenti, ita sententia per quam injungitur, est de integrata forma consistente essentialiter in absolutione.

§. III.

Corollaria notata digna;

64 EX dictis hactenus constat primo, sacramentum penitentiae supponere in recto pro actibus penitentis, & absolutione Sacerdotis, nam ex his partibus fit sensibile signum gratiae & remissive peccatorum.

65 Constat secundo, hoc sacramentum appellari reconciliationis ab effectu, absolutionis a forma, confessionis a notiori parte materie, penitentiae ab ipsa contritione, nunquam vero dicunt sacramentum satisfactionis; quia hec licet sit de integrata, non est tamen de essentiâ.

66 Constat tertio impositiōne manuum non requiri necessario in hoc sacramento, tum quia nullibi in declaratione actuū, ex quibus hoc sacramentum constat, mentione sit impositiōne manuum; & licet olim in usu fuerit, & nunc etiam sit, nunquam tamen habita fuit pro similitate necessaria, immo nec semper & ubique adhibita ab omnibus. Tum etiam, quia ut discutit D. Thomas art. 4. impositio manuum in sacramenta Ecclesie fit ad designandum aliquem copiosum effectum, quo illi quibus manus imponuntur quedammodo per quamdam similitudinem constituantur ministri in quibus copia gratiae esse debet. Et ideo manus impositio fit in sacramento Confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritus Sancti; & in sacramento Ordinis, in quo confertur quadam excellentia potestatis in divinis mysteriis. Sacramentum autem penitentiae non ordinatur ad consequendam aliquam excellentiam gratiae, sed ad remotio- nem peccatorum: unde ad hoc sacramentum non requiri- tur manus impositio, sicut nec etiam ad Baptismum, in quo tamen sit plenior remissio peccatorum.

67 Quarto ex dictis intellige, duplice posse dari definitionem sacramenti penitentiae, alteram physican, alteram metaphysican. Physica enim sic potest definiri: sacramentum penitentiae est confessio exterior peccatorum, post baptismum commissum, ab interna contritione vel arrite- ne promissione, sub praesertim absolutione forma. In definitione enim physica entis artificialis, quale est sacramentum, ponitur materia eius in recto, & forma in obliquo, licet forma etiam sit de essentiâ eius in recto; aliquid enim est esse de essentiâ rei in recto, aliquid predicari de ipsa in recto. Metaphysica vero consideratur defini- sic potest: Penitentia est sacramentum novi legis, a Christo Domino institutum, ad significandum & conferendum gratiam sanantem, & ad remittenda peccata post Baptismum commissa.

68 Demum ex dictis inferatur, quod cum juxta omnium Theologorum sententiam debet sacramenti assignari ali- quid quod sit res tantum, id est effectus sacramenti; ali- quid quod sit sacramentum tantum, id est signum exter- num & sensibile, & aliiquid quod sit res & sacramen- tum, id est effectus, & simul signum anterioris effectus, etiam in hoc sacramento haec tria reperti debent. Et quidem de re tantum non est difficultas, illa- evin est gratia remissiva peccati; sicut nec de sacramento tantum, illud enim est aggregatum ex actibus peni-

tentis, & absolutione Sacerdotis. Sed difficile est as- gnare quid in hoc sacramento sit res & sacramentum si- mul, nam varia circa hoc sunt Auctorum placita. Ca- preciosus enim & Paludans existimat hoc sacramentum preter gratiam sanctificansem efficiere quedam ornatam in anima, qui ipsam gratiam antecedat, & significet, sub- indeque qui sit res & sacramentum simul. Delugo vero dis- 2. de sacramentis in genero fest. & docet, in hoc sacra- mento res & sacramentum simul, esse conscientias pa- centes & seruentes, quia cum videntem spiritus con- fessionis sequi solet, ut sit Tridentinum fels. 15. cap. 3. Sic in Extrema Unctione res & sacramentum est fan- tas corporis, si anime expedierit; vel, ut alii maliti- hilarietas mentis, & confortatio ad sustinendum dolorum, & lucram tenacitatem. His tamen relatis sententias, ut- pote a mente & doctrina D. Thomae penitus alienis.

Dicendum tamen cum S. Doctorie hic art. 1. ad 3. & in 4. dist. 22. qu. 2. art. 1. quæst. 2. quod interior penitentia, seu contritus, est in hoc sacramento res & sacramen- tum simul, quia partim significat gratiam remissivam peccati; partim ipso significatur ab actibus exterioris peni- tentiae; qui dum humilietur se accuset, & submitte ab- solutione & satisfactione, significat se de peccato dolere.

Vero contra hanc D. Thomae sententiam, duplex fieri potest instantia difficultis. Prima est. Ut aliquid sit res & sacramentum simul, debet esse effectus causatus ab eo quod est sacramentum tantum, sicut character cau- satur a Baptismo, unde supponit id quod est sacramen- tum tantum, esse in se constitutum & compositum, ut possit causare talum effectum: At interior penitentia seu contritus, non supponit constitutum sacramentum penitentiae a quo cauferet, quia est per constitutiva illius, ut supra ostensum est: Ergo interior penitentia seu contritus, non est in hoc sacramento res & sacramen- tum simul.

Secunda est: Id quod est res & sacramentum simul, si- tuum est causa illius quod est sacramentum tantum, nec illud antecedit, sed subsequitur: At interior penitentia, seu contritus, est causa illius quod est sacramentum tan- tum, nimirum ipsius confessionis sensibilis & externe, illamque antecedit, quia confessio est expressio quadam doloris interni de peccatis: Ergo non potest contritus esse res & sacramentum simul.

Hinc duplice instantia duplex potest adhiberi solito. Prima traditur a Soio in 4. dist. 14. quest. 1. ubi docet contritione duobus modis posse considerari: Primo quatenus sit sensibilis per signa exteriora; & secundammodo concipiatur ut informis, seu nondum formata per gra- tiam sacramentalem quam significat, qua ratione est prior gratia & causa ipsius, tamquam pars sacramenti. Secun- do ut formata gratia sacramentala, qua ratione posterior est sacramento, & effectus ipsius. Unde ad primam instan- tiam, dilinguo Majorem: Illud quod est res & sacra- mentum simul, debet cauferi ab eo quod est sacra- mentum tantum, sub aliqua formalitate, concede. Sub omni, nego. Sicut in matrimonio, vinculum inter virum & uxorem, non est res & sacramentum simul, prout pre- cise erit ex contracta naturali, sed quatenus elevatur a sacramento, ad significandum conjunctionem Christi & Ecclesie: & corpus Christi, non absolute in se, sed quatenus, ut ita dicam, sacramentum, seu conjunctum ipsius sacramentalium, vel res & sacramentum Eucharistia, effectusque ipsorum verborum, & sacramenti. Quid- ni ergo pariter contritus, considerata ut informis, poterit esse pars sacramenti penitentiae, illudque intrinsecus con- stituere; ut formata vero per gratiam sacramentalem, esse effectus ab eo cauferus, illoque sub hac ratione posterius? Per quod patet ad secundam instantiam.

Alier aliqui recentiores Thomiste ab hac difficultate 73 dist. expedient, dicunt enim, quod quando S. Thomas docet quod interior penitentia est res & sacramentum sim- mul, per penitentiam interiorem, non intelligit peni- tentiam actualem, seu contritionem, sed magis habitum penitentiae, quia habet ut proprietas respectu gratiae. Unde facile occurruunt instantis propostis, nam confessio & contritus vere antecedunt & cauferunt huiusmodi habitum, vel absolute, & quoad substantiam, si peni- tens accedit cum sola attritione, vel quantum ad aliquam eius perfectionem & augmentum, si penitens cum con- tritione ad sacramentum accedit; sicut enim sacramen- tum penitentiae nunc non cauferat gratiam simpliciter, sed augmentum ipsius; ita nec productus habitum peni- tentiae quoad substantiam, sed solum quoad maiorem eius intensiōnem & augmentum. Plura de hac re Joannes a S. Thoma hic artic. 5. sed in levi & fere arbitriis, magisque ad modum loquendi pertinente, quam ad tem- ipsam explicandam, non est diutius immorandum.

N. M. T. ARTI-

ARTICULUS V.

Vixum sacramentum Pœnitentia in re, vel saltem in voto, si modum necessarium ad delendam peccata post Baptismum commissa?

S. I.

Quibusdam premisso, duplice conclusione difficultas resolvitur.

74 Notandum primo, sacramentum penitentiae, sicut & quilibet aliud duobus modis sibi posse, in re faciliter & in voto. Succipitur in re, quando quis re ipsa constitut peccata, & ab illis absolvitur. Succipitur vero in voto ab eo qui cum re ipsa non possit confiteri & obliuii, habeat tamen desiderium confitendi.

75 Notandum secundo, duplex esse votum aliquis sacra- menti; unum explicitum, quando scilicet aliquis directe & formaliter intendit ejus suscepionem; aliud implici- tum, quando nimirum directe & formaliter non deside- rat sacramentum, vult tamen aliquid in quo includatur votum sacramenti. His positis, pro resolutione questionis proposita.

Dico primo, sacramentum penitentiae, in re, vel in voto, necessarium esse necessitatem mediæ, ad delendam peccata post Baptismum commissa.

76 Probatur primo ex SS. Patribus: Augustinus enim Epil. 18. ad Honoratum, loquens de imminentie pœnali mortis ex irruptione hostium, cum dixisset, ex tali circumstantia temporis, alios baptisatum, alios reconciliacionem seu penitentiam flagitare, subiicit: ubi si miseri- fici desinet, quantum exitum sequitur eis, qui de isto facio- ne vel non regenerari exent, vel ligati? Quantus est etiam latius fiduciam suorum, qui eos secum in vita aeterna regis- sunt habeant? Et lib. 1. de adulteriis conjugis cap. ultimo: Quis autem baptisatus eadem reconciliacionis est causa, si forte penitentia finienda vita pœnali preoccupaverit, nec ipsos enim ex hac vita sine arrha sua pacis exire nolle debet mater Ecclesia. Quibus locis aperte docet, quod ut Baptismus est necessarius absolute hominibus, ita penitentia est necessaria fidibus, supposito quod post Baptismum proficiat fuerint in peccatis mortale.

77 Idem afferit Leo Papa Epist. 91. cap. 2. & 3. his verbiis: Multiplex misericordia Dei, ita lapsis subvenit huma- nis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pa- nis medicinam, spes vita reparetur aeterna, ut qui re- generationis donum violenter, proprio se iudicio condamna- tur, non debet dici magis remittit per votum penitentiae, quam per votum alterius sacramenti. Minor vero probatur, ad remissionem criminum penitentem, sed divisa bontatis praefidis ordinatis, sed indulgentia Dei, nisi supplicationis subseruunt neque obserueri. Mediator enim Dei & hoc minus homo Christus Iesus, hanc Ecclesie praepositi tradidit passagium, ut confitentibus actionem penitentiae darent, & eisdem salubri sacrificatione purgarent, ad communionem sanctorum, per jamam reconciliationis admiserent. Et potest: Si autem aliqui eorum pro quibus Dominus supplica- tur, quocumque intercessione obfatu, a munere indulgen- tiae excedere, & priusquam ad constituta remedia per- venias, temporalem vitam, humana conditio fieri, quod manens in corpore non recuperit, sequi exiunt caro- non poterit. Nec necesse est nos, eorum qui se obierint merita atque disfert, cum Dominus Deus noster, cuius judicia nequecumque comprehendit, quod Sacerdotalis ministerium implere non posuit, sed iustitiae reservaverit; ita posse- tam suam timori voleat, ut hic terror omnibus proficiat, & quod quibusdam rapido, aus negligebus accidat, nemo non meruit. Multum enim usile ad necessarium est, ut peccatorum reatus, ante ultimum diem sacerdotali supplicatione fuerit.

78 Probatur secundo ex Trident. fels. 14. cap. 2. in fine, ubi ait, Sacramentum penitentiae lapsi post Baptismum ad salutem ex necessarium, ut nondum regeneratis iste Baptis- mus: Ergo sicut postquam a Christo constitutum & promulgatum fuit, nisi renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Baptismus vel in re, vel in voto, necessarius est, ad justificationem, juxta doctrinam Concilii fels. 6. & 4. Sic ubi decretum & promulgatum fuit: Quorum remissoribus peccata, remittuntur eis; & quorum restineritis, resistentur, sacramentum penitentiae, vel in re, vel in voto, necessarium est adul- tis baptizatis ad obtinendam remissionem peccatorum, qui post baptismum commiserunt, ita quod licet aliquando per contritionem delectant extra usum sacramentum peni- tentiae, non delectant tamen sine voto illius, quod in ipsa contritione includitur, ut expresse declarat fels. 14. cap. 4. his verbis: Dicit præterea (S. Synodus) eis contritionem hanc aliquando caritate perficiam esse coningat, huiusque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum (peni- tentiae) alii suscipiantur: ipsorum nibiliorum reconciliatio- nem, ipsi contritione, sine sacramenti voto, quod in illa in- cludentur, non esse adscribendam.

79 Probatur secundo ex Trident. fels. 14. cap. 2. in fine, ubi ait, Sacramentum penitentiae lapsi post Baptismum ad salutem ex necessarium, ut nondum regeneratis iste Baptis- mus: Ergo sicut postquam a Christo constitutum & promulgatum fuit, nisi renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Baptismus vel in re, vel in voto, necessarium est, ad remissionem peccata post Baptismum commissa.

80 Probatur: Ad remissionem peccati mortalium post Baptismum commissum, sufficit vera contritus: Sed vera contritus esse fine voto explicito sacramenti penitentiae, quamvis non absque implicito: Ergo & remissio peccata post Baptismum commissa. Major est certa; vera enim contritus, cum sit ultima dispositio ad gratiam iustificationis, non est absque ea, subindeque nec absque remissione peccata, minor vero probatur. Fieri potest ut homo in peccato exiliens, officiat actum contritionis, & tamen tunc non cogitat de confessione sacramentali, vel ex obliuione, vel ex ignorantia invictibili; in qua casu non habetur votum explicitum sacramenti penitentiae, sed dumentaxat implicitum: Ergo vera contritus potest esse si votum explicito sacramenti penitentiae, quamvis absque implicito esse nequeat.

S. II.

solutiores objectiones.

O bjetio primo contra primam conclusionem: Sacra- mentum penitentiae institutum est a Christo solum in favorem & utilitatem fidelium, & salutem animarum: Sed magis favoret utilitatem fidelium, & salutem animarum: Dicit præterea (S. Synodus) eis contritionem hanc aliquando caritate perficiam esse coningat, huiusque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum (peni- tentiae) alii suscipiantur: ipsorum nibiliorum reconciliatio- nem, ipsi contritione, sine sacramenti voto, quod in illa in- cludentur, non esse adscribendam. Thesis. Gener. Tom. V.

Disputatio Secunda,

medium necessarium ad obtinendam remissionem peccatorum, que post Baptismum communimus.

85. Confirmatur: Nullum factum fuisse privilegium Ecclesiae per hoc sacramentum, sed potius arduum impositum erat, si non possemus iustificari, nisi per sacramentum penitentie, immo in lego Evangelica, arctior efficit via talium quam antea; quandoquidem absque suscepimus sacramenti penitentie, vel votu ejus iustificari & salvati poterant homines ante Evangelium; At hac videtur absurdum; Ergo, &c.

86. Ad objectionem respondeo, negando Majorem, non enim solum institutum est sacramentum penitentie in favorem fiducie, sed etiam & praeceps in favorem honoris divini, ut nimis per illud condigna fiat injuria Deo per peccatum illarum vindicatio & reparatio.

87. Ad confirmationem, nego etiam Majorem: nam magnum privilegium est, potius cum sola attritione in hoc sacramento iustificari; multoque facilis est habere attritionem, & cum ea confiteri exterior, quam habere solum actum interior perfecta contritionis, sine qua circumcisus in lege veteri, lapsus in peccatum mortale, salvari non poterat.

88. Objecies secundo, Remissio peccati post Baptismum committi, potest obtineri sine sacramento penitentie in re vel in ictu: Ergo illud non est necessarium necessitate medi, ad delenda peccata post Baptismum commissa. Consequens pater, Antecedens probatur. Martyrium cum sola attritione remittit peccatum mortale, & iustificat ex opero operato non solum parvulos, sed etiam adulos, ut in Tractatu de Baptismo disp. i, art. 7, offendit est: Ergo remissio peccati post Baptismum committi, potest obtineri sine sacramento penitentie, in re, vel in ictu.

89. Respondeo negando Antecedens, ad cuius probacionem, concilio Antecedente, nego Consequentiam: nam in ipso martyrio continetur implicitum votum sacramenti penitentie: Tum quia si per otium licet Martiri, vel peccata subiectus clavibus Ecclesie, vel falso contritionis actu elicere, ad id teneat: Tum etiam, quia si subito ad martyrium rapitur, aut inter dormendum occidatur, etiam in eo casu, ratione attritionis ante elicita, & voluntatis sufficiendi martyrium, confessus votum habere implicitum sacramenti penitentie, in attritione includit, licet non ita perfice, sicut in contritione, quia attritio non est ita efficax.

90. Objecies tertio: Non magis includitur in contritione votum implicitum sacramenti penitentie, quam sacramenti Eucharistie, cum contritus non magis implicite includat proprieas servandi unum ex divinis mandatis, quam alia. At licet votum Eucharistie in contritione implicite includatur, Eucharistie in ictu non dicitur necessariae necessitate medi ad obtinendam remissionem peccatorum quia post Baptismum communimus: Ergo nec sacramentum penitentie in ictu, ad id debet dici necessarium, necessitate medi.

91. Respondeo negando Majorem, ex eo enim quod sacramentum penitentie & non Eucharistie est institutum ad remittenda peccata baptizatorum, specialiter includitur votum implicitum sacramenti penitentie, non autem Eucharistie, in contritione de peccatis post Baptismum commissis: sicut in contritione de peccatis ante Baptismum continetur speciali quedammodo votum Baptismi, ob eamdem rationem.

DISPUTATIO II.

De Penitentia, ut Virtute.

Ad quist. 82. D. Thoms.

DE virtute Penitentia differunt non solum Scholastici cum Magistro, in distincione 14. & cum D. Thomas hic qu. 85. sed etiam plures ex SS. Patribus, inter quos praeceps sunt Tertullianus & Ambrosius, in libris quos de ea scripsierunt. Cyprianus in sermone de lapis, Chrysostomus duobus libris de compunctione cordis, & duodecim sermonibus de penitentia, & apud Augustinum tom. 4. Auctor libri de vera & falsa penitentia. Quae illi fusi & eleganti stylo de hac virtute scripsierunt, breviter & compendiosus exponendum, ejusque naturam, causas, & effectus explicabimus.

Illi originem Deus offendit, cum statim atque primi parentes peccarunt, eos de paradiso expulit. Ex quo primi Chaitulani didicunt penitentem ejercere ex Ecclesia. Unde Tertullianus in libro de penitentia, subtiliter ait, Deum penitentiam in seipso dedicasse, quia antequam Deus diceret, penitentes me fecisse hominem, non erat audiendum nomen penitentie.

Porro licet veteres Philosophi & Poetae penitentiam ut est sacramentum non auferuerint, eam tamen quate-

ARTICULUS PRIMUS.

An Penitentia sit virtus?

S. I.

Heresicorum error refellitur.

Priusquam propositam difficultatem resolvamus, & penitentiam veram esse virtutem demonstremus, refellendus est error hereticorum hujus temporis, penitentie nomina abutientium: cum enim omnia alptra ingant, & molia quoque sectentur, ponaes & satisfactiones pro peccatis commissis averterent, consequenter docent, penitentiam, dolorum & detestationem peccatorum non importare, sed significare tantum propositum nova vita inchoandae & simplicem resipicentiam & vita novitatem, doloris & pena omnium expertem. Ita Lutherus, Beza, Erasmus, & Laurentius Valla, qui vocem *parracina*, quae in textu graco Biblia habetur, & significat penitentiam, vertunt *resipicentiam*, quae solam possit vel mentis emendationem significat.

Sed peccant manefite contra Scripturam, contra Sanctorum Patres, & contra optimos quoque latitudinis Autores. Nam in primis Scriptura longe aliam nobis penitentiam describit, & commendat, quam mollem illam resipicentiam Lutheranorum: Job ultimo: *idecirce me reprehendo, & ago penitentiam in fascia & cinere*. *Convertemini ad me in tuo corde vestre, in Iesuino, & fletu, & planitu, & flentibus corda vestra, & c. Matth. 11. Si in Tyro & Sydone facta fuissent virtutes, quae facta sunt in te, alii in cinere & ciliis penitentiam egisset*. Item Genes. 6. ubi Deo penitentia tribuitur, non tribuita sine dolore, quasi ab eo separari non possit, salva vocis proprietate: *Penitentis enim quod hominem fecisti, & calix dolore cordis introrsus, &c.*

Demum qui illos Sanctorum clamores consideraverint: *Laboravi in genio meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lazymis meis fructum meum rigabo*. Psalm. 6. Recensib. sibi omnes annos meos in amaritudine anima mea. Isaie 38. & alios huiuscmodi, facile intelliget, eos ex yehemonti quodam anteacta vita odio, & ingenti peccato detestatione, manefat.

Secundo SS. Patres, conformiter ad Scripturam, penitentiam per dolorem, & alios actus illi dolori conformatos explicant: Gregorius homil. 34. in Evangelia: *Penitentiam agere* (inquit) *est perpetrata malorum plangere, & plangenda non perterritare*. Cyprianus lib. de lapis. *Conversamus ad Dominum mente tua, & penitentiam criminis rei doloribus exprimere*. Dei misericordiam deprecantur, illi se anima proferunt, illi mortalia satisficiunt, illi spes omnis incubat. Iacob & offensam suam, Iesuino, & fletibus, planibus, sensu admonet iste, placamus . . . si quem de carnis mortalitatibus exitu perditatis, ingemiscere dolenter & flores, facit inculta velle mutata, negligit capillatio, vultu nubilo, ore decepto, indicia mororis offendens. Animam suam miseris perdiscentibus, spiritualler mortua superirebatur hihi, & ipsa ambulans sumus sum portare capilli, & ne arister plangit & non jugiter ingemiscit? Non te vel pudore criminis, vel continuazione lamentacionis abscondit? Augustinus tert. 3. in Natali Domini, post initium: *Penitentiam certam non facit, nisi datum peccati, & amor dei, quando sic penitit, ut cibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in vita, & quod te prius oblectabat in corpore, ipsam te crux in morte*. Et in lib. quinquaginta homiliarum, homil. 50. *Ascendas (inquit) homo adversus te tribunal mens tua . . . Auge ita confitito in corde justitiae, adfis accusatrix cogitatio, refusa conscientia, carnifex timor*. Iude quidam sanguis animi confitito per lacrymas profundit &c. Demum infra: *Non enim sufficit mores in melius committare, & astatim malis recedere, nisi etiam de his quae facta sunt, satisfac Deo per penitentia dolorem, per humiliatis genitum, per exurit cordis sacrificium, cooperantis bals eleemosynis. Quibus verbis penitentiam non solum resipicentiam, & vita novitatem, sed etiam odium, dispergunt, & dolorem de peccatis prateritis importare, aperitissime docet*.

Tertio ipsum Auctores ethnici, penitentiam per dolorem & penam desribunt: Cicero enim in 4. Tusculana, proprie finem, & Alexander loquens, qui cum interemisit Clytum familiarem suum, vix ejus manus abstinuit propter dispergientiam & dolorem: *Tanta vis fuit (inquit) penitendi*. Et Orat. pro Clio: *Id nunquam*

De Penitentia, ut Virtute.

231

sunt acerbe ferei, ut eum penitent. Item Ovilius lib. 1. de Ponto Eleg. 6.

Penitent, & falso torquer ipse meo.

Cumque sit exilium, magis est mihi culpa dolori:

Eisque pati penam, quam meruisse minus.

Nec vero metanga (*penitentia*) sic propositi emendatipem, vel mentis animadversionem dicit, ut non etiam detestationem ac dolorem vel penam & castigationem peccatorum includat: *Bafilus enim Orat. 3. de flicitate, penitentiam Ninivitarum, que in cinere, facco, & jejunio fuit, ut dicitur Job 4. penitentia appellat*. Laetantius lib. 6. divinorum institutionis cap. 29. tamethi *penitentia latine reddat resipicentiam & vita bono sensu explicat*: *Resipicit quem errare piges, ac se ipsum castigat demum, confirmans subinde ad rectum vivendum*. Item apud Aufonius penitentia in proprio Epigrammate sic loquitur:

Sanus dea facti, non fatiguo errare panus:

Idest corum quae perperam commissa vel omessa fuisse.

Nempe ut penitent, sic Mariana vocor.

5. Quartu Concilium Tridentinum sels. 15. cap. 4. pradicatum hereticorum errorem, his verbis proscriptis: *Decimas Sancta Synodus contritionem non solum cessationem a peccatis, & vita nova propria & inchoationem, sed veteris etiam edum consenserit, iuxta illud Ezech. 18. Projicite a vobis iniurias vestras in quibus prevaricari estis, & facite vestis in misericordia tuam*.

6. Demum idem error hoc discursu confutari potest. Impossibile est accedere ad terminum ad quem, nisi reverendo a termino a quo; unde cum accessus ad novam vitam, & recessus a peccato, fieri debet per actus voluntatis, & in actibus voluntatis fuga seu recessus, nihil sit aliud, quam odium & detestatio, impossibile erit ad novam vitam bonam accedere, nisi a vita & peccato recedendo, per odium & detestacionem illius: Penitentia ergo non solum resipicentiam & vita novitatem, sed etiam odium, dispergientiam, & dolorem de peccatis preteritis importat.

S. II.

Quaestio proposita respondetur, & penitentiam veram esse virtutem, ostenditur.

Dico breviter, habuit penitentia esse virtutem. Ita D. Thomas hic art. 1. & Theolog. communiter.

Probatur primo ratione quam habet in argumento, sed contra: Cum proprium Legislaturi sit facere homines virtuosos, ut docet Ariftoteles 2. Ethic. praecepta legis non dantur nisi de actibus virtutum, quibus etiam filii promittunt premium: Sed de actibus penitentie existat praeciput divinum, eisque promissum est premium, dicit enim Math. 4. *Penitentiam agite*. Et Ezech. 18. *Si impius egreditur penitentiam vita vives: Ergo penitentia est virtus*.

8. Probatur secundo ratione quam insinuat in corpore euclidius. Virtus est habitus in materia difficili electivus secundum refectionem, inter duo extrema in modicioritate confitens: Sed habitus penitentia est humus: Ergo est virtus. Major continet omnes conditiones necessarias ad rationem virtutis. Minor vero probatur per singulas. Et in primis quod habitus penitentia sit electivus secundum refectionem, patet, quia resta ratio dictat dolendum esse de peccatis, ut sunt offense Dei. Quod autem venit circa materiam difficultatem, non minus evidens est, fugere enim & evadere ea quae maxime delectant, & quae carni & sanguini prægrata sunt, non parum difficultatis habet. Denique quod in modicioritate confitens, facile potest funderi: *Sicut enim contingit quod aliqui homines de peccatis commissis, plus nimis delectantur, juxta illud Prov. 2. Latrator cum male fecerit, & exaltant in rebus peccatis, ita & quod alii immoderat & usque ad desperationem de illis doleant & tristentur: sicut Cain & Judas, quorum alter in desperatione lapsus dixit, Major est iniquitas mea, quam ut vestram merear: alter vero penitentia ducas, laqueo se suspendit: habuit autem penitentia, medium tenet inter illa extrema. Hanc rationem insinuat Catechismus Concil. Trident. de Sacramento penit. n. 9. ubi hec habet: *interdum enim evenit ut ex admisso festi- vibus minore quam per eis dolorum homines capiant, quin etiam ut a Salomon scriptum est, nonnulli sunt qui cum male fecerint, latentur; rursum vero alii ita se morior & agreduntur deduce, ut de salute prius desperent: qualis Cain videi potest, qui ait: Major est iniquitas mea quam ut vestram merear: Et qualis certe Judas fuit, qui penitentia duabus suspicio vitam, & animam amiserit. Ut igitur modum in dolore tenore peccatis, penitentia virtus adjuvatur.**

9. Confirmatur ex alia definitione virtutis, quam tradit. Ariftoteles 2. Ethic. c. 5. his verbis: *Virtus est habitus, qui potest esse fortis: quatenus vero resipicit effectum relictum ex peccato*.

*bonum facit habentem, & opus ejus reddit bonum. Penitentia enim bonum facit habentem, immo sepe illum melior & sanctiore reddit, quam efficit ante lapsum, juxta illud Apofstoli ad Roman. 3. Ubi abundavit delictum, superabundauit & gratia. Unde Gregorius lib. 11. Moral. cap. 19. vel alias 26. ut in editione Partheni 1619. *Discretio regulam reducit, & inde alius ad justitiam proficit, unde ad tempus a justitia cecidisse videbatur. Et paulo post: Nonnumquam culpa, occasio virtutis sit. Et alibi: Sit plenius gratior Deus, amare ardens vita post culpam, quam in securitate torpens innocencia. Item Ambrosius in fern. Cathedr. S. Petri: Fidelis (inquit) proposito factus est Petrus, polquam fidem se perdidiisse deservit, argu ideo majoris gratiam reportat, quam amisit. Habitus quoque penitentia opus suum reddit bonum, utpote Deo acceptum, & vice eternae meritorum & innumerarum penitenti affect utilitatis & fructus spirituales, quos eleganter expedit Chrysostom. de penitentia, his verbis: O penitentia, quis peccata Deo miserante remitti, & Paradisum resursum, coquimus sanas, omnem tristitiam exhibillas, vitam de interior revocas, statum restauras, honorem renovas, fiduciam das, vires reformas, gratiam abundantiem refundas. Omnia ligata tu solis, omnia felicia tu custodi, omnia a lucida in misericordia, omnia contrita tu sanas, omnia confusa luciditas, omnia deperata tu animas. Per te, o penitentia, David afflitus, vel contritus, fatus est sanctus. Per te fatus prodigus paternum amplexum meruit. Per te Petrus postquam tecum Dominum negavit, indulgentiam recepit. Per te, o penitentia, latronem subito Christus ad regnum cœlestium rapuit,**

S. III.

Salvuntur objectiones.

Objecies primo: Virtus est propter se expetenda: At 10. qui penitentia non expetitur propter se, sed propter malum culpa quod tollit: Ergo non est virtus.

Confirmatur: Virtus non consistit in fuga mali, sed in preceptione boni: At penitentia consistit in fuga mali: Ergo non est virtus.

Ad objectionem respondeo, concessa Majori, negando 11. Minorem, penitentia enim expetitur propter se, id est propter suum finem proprium: & non propter aliquem alium a suo proprio fine distinctum: finis autem proprius penitentia est dolere malum culpa, & Deo offendit satisfactione. Unde ad confirmationem, nego etiam Minorem: licet enim penitentia includat fuga mali, in ea tamen sola non consistit, sed in eo quod per eam satisfaciatur Deo offendit, quod est boni maximus prosecutio.

Objecies secundo: Virtus habet per se delectationem: 12. Sel penitentia non habet delectationem, sed potius exicit dolorem & tristitiam: Ergo non est virtus. Respondeo virtutem non habere semper delectationem per suum objectum, sed solum de suo actu: quanvis autem penitentia doleat de peccato, quod est suum objectum, delectatur tamen de suo actu, quia gaudet se dolere. Solilio est D. Thomas quod usita de spe art. 1. ad 14. ubi sic fit: *Duplex est delectatio, una quidem de objec- to, alia vero de ipso actu: prima autem delectatio non est propria virtutis, quia est aliqua virtus ad quam per se delectatur de suo objecto, scilicet penitentia; sed secunda delectatio est de actibus, & propriis virtutis, quia unicuique habebit virtutem, est delectabilis operatio quae est secundum proprium habitum, unde etiam penitentia de dolore gaudet. Hinc apud Job cap. ultimo, ubi vulga habet, Ago penitentiam in fascilla & cinere, In textu originali legitur, Ago solarium in fascilla & cinere.*

Adde, delectationem essentiale virtutis, confistere in promptitudine quadam & affectu, quo voluntas elicere actum virtutis & hac reperitur in penitentia; nec ei tristitia quam includit illa virtus, opponitur, quia non potest tantum renisi & repugnare voluntatis, qua refigere eliceret talen actum virtutis.

Objecies tertio: Cum virtus sit essentialiter dispositio 13. perfecti ad optimum actum, non potest dari propter locis actus imperfectorum, quales sunt conditionati de objecto impossibili: Sed affectus detestationis quo penitentia circa peccatum præterit, non est absolutus, sed tantum conditionatus; quia nimis penitentia veller se non commisere peccatum, si hoc esset possibile: Ergo penitentia non est virtus.

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem: nam 14. affectus illae detestationis quo penitentia circa peccatum præterit, ex parte subjecti est absolutus; quia de praefecti actus voluntatem: ex parte vero objecti est mixtus ex conditionato & ab soluto; quatenus enim est circa id quod præterit de peccato, et conditionatus, & congrueri explicari debet per hujusmodi verbum de futuro imperfecto, *Vellem non commisere peccatum, si possibile fore*; quatenus vero resipicit effectum relictum ex peccato.

Theol. Gnesi, Tom. V.

P. 4